

IO. BAPTISTÆ
PORTÆ NEAPOLI-
TANI, MAGIÆ NATVRA-
LIS LIBRI VIGINTI,

IN QVIBVS SCIENTIARVM
*Naturalium diuitie, & delicia demon-
strantur.*

IAM DE NOVO, AB OMNIEVS
mendis repurgati, in lucem pro-
dierunt.

*Accessit INDEX, rem omnem dilucide representans, co-
piosissimus.*

Librorum ordinem, qui in hoc opere continentur,
versa pagina indicabit.



H A N O V I E,

Typis Wechelianis, impensis Danielis ac Davidis
Aubriorum & Clementis
Schleichii.

M. D C. XIX.




I L L V S. I V N I O
B O B A L I A N D R E Æ F I.


L I O R A G V S A E O

I O A N N. B A P T. P O R T A N E A P.

S. P. D.



*Literam quæ domi erat filiam Illustriſſ.
Junii imitata m, & ad reproperantem
vix inhibere potuit: ingēnus, quā de ſuo
viro ſoror laudes retulit, adeo generofa
inuidia eiuſ amīnum repluere, ut omnī
abrupto continentia, & honestatis vi-
cūlo nequeat ſibi temperare, quin clamaret, non aliud,
quam te virum expetere, cui ſi ipſe denegatus ſis, in ſuis
latibus conſenſere potius, quam aliorum velle ſubire
periculum. Et enī ſi inter ſe confeſanțur, non indigni-
or ſorore ſibi videtur. Si illa cauſas rimatur, ipſa parit
effetus, ſilla coi-emplatur, ipſa facit agenſta, que ſub
contemplationem cecidere in hominum lucem venire
proponit. & ſi illa ob inuentionem ſuperbit, ipſa ob por-
tentofas operaciones non minis ambulioſa eſt. In quibus
non animus ſolū enueritur intelligendo: ſed ſenſies quoq;
corporis omnes effectibus illiciantur, recreanturque.
Hac igitur Magia omnes alias ſcientias excellit, (diſi-
nam rāmen Philosophiaris excipio) ut illi catere artes,
alq; facultates, tanquam reginae, famulari videantur.
Scribis Cicero: Neminem apud Persas regno potiri fo-
lium, qui prius Magiam non percepiffet. Et Plato in
Alcibiade: Imbuuntur Persarum Regum filii, ut ad*



IO. BAPTISTÆ PORTÆ NEAPOLI- TANI, MAGIÆ NATVRA- LIS LIBER PRIMVS,

*Quirerum causas vestigat, è quibus mira-
biles manant effectus.*

Magia quid significat? Cap. I.

MAGIAM à Perside nomen, & originem duxisse inter Platonicos non obscuri te- stantur Porphyrius, & Apuleius, in oratione pro Magia. Suidas Græcus nomen à magistris traxisse putat. Cicero libro de Distinatione, Magus, inquit, per- lingua non nisi interpres diuinorum, & cultor, ac genus sa- pientum est apud eos. Hic etymus ad Paulinum scribens, ait Apolloniu[m] Tyaneum filium Magum, sicuti volgus, si- uis Philosophum, ut astrinxerit Pythagorici. Plinius inter authores constare sine dubio dicit in Perside ortam a Zoroastre Oromasi filio, diligentiores paulo ante hunc alium fuisse Zoroastren Preconitum. Plinius de ea Or- sthanes commentatus Xerxem Periarum Regem bello, quod is Græcia intulit comitatus, ac veluti ienassa artis portentosæ spatiis obiter, infecto quoque commea- uerat mundo, qui ad tabernaculum non audiitatem modo scien- tia eius Græcorum populos egit. Magia igitur apud omnes pro sapientia, & perfecta naturalium rerum cognitione ac cipitur, eosque Magos appellant, quos Latini Sapientes, Græci Philosophos ab uno Pythagora, illius nominis primo, ut scribit Diogenes, Indi Brachmanes, & Gymnolo- phistas græce, quam nudes philosophos diras, Babylonii

A

Magisteria quæ sint, & quomodo extrahantur.

CAP. XIV.




Diximus, quintas essentias proprietatum, naturam se-
qui mistorum, contra autem magisterium, clemento-
rum qualitates sequi, ut neq; spiritum, neq; tincturam ex-
trahant, sed quoddam medium inter utrumque: magisteri-
um igitur est id, quod præter separationem elementorum à
rebus extrahi potest. Essentia quintæ sèpissime colores,
tincturæ semper, at magisteria colores non sequuntur. Ex-
trahendorum magisteriorum ratio diuersa est ex diversi-
tate rerum naturalium. Exemplum apponemus, extra-
hendo

Magisterium gemmarum, coralli & unionum.

Contere gemmas, & reueterationis igni vehementissimo
appone, vt in calcem redigantur, comitem ei adde salini-
trum, sed æquis pondibus, calcem solue in aqua vita, &
quod in aquam abit, transfunde: reses puluis iterum igni
exponatur, & in calcem melius redactus, aquæ indatur, id-
que donec totum in aquam abeat; aquam calenti furno

gtilus conus EDNC, cuius sectio parabolica erit ABC, re-
sta DC couiaxis, & CE semidiameter basis coni. Per pun-
ctum C trahatur ipsi DE parallela HI longitudinis, CE,
& CD, & per punctum B trahatur alia parallela dicta ED,
quæ sit FBG, & sit BG, & BF utraque æqualis ipsi AC erit
FG latus erectum, & HI basis sections parabolæ. Si igitur
trahatur linea per puncta H F A G I, erit sectio parabolæ
cuius diagramma sequens.



Sed aliquid combusturos non oportet speculum parabolici-
cum construere ad magnitudinem totius lineaæ H F A G I,
sed eius portionem accipere. Videlicet, si verticis partem
quæ sierimus, quæ sit L A M, ut linea L M secat A C in K
aut maior, aut minor, si maiorem vis facere, inferius sece-
tur A K: nam quanto maior erit, eo intenctior, & celestior
erit combustio: si minor supra A K. Sed hoc modo facien-
dum, ut praedicta linea L A M curva præcisius designetur,
ut error vel minimus committi possit. Propterea igitur li-
neam in plana tabula A B C, & ut A B duplam distanciam,
ad quam igitur immittere intendimus, id est, longitudinem
fagittæ A B C, & ex punto B, ergo lineam perpendiculari-
tem B D, cuius altitudo sit eiusdem semidiametri sectionis
faciendæ, id est, linea L M, cuius medietas L K. Inde semi-
circulus describatur, cuius initium A, transcat per D pun-
ctum. Sed centrum reperies hoc modo. Connectantur
puncta A D linea, & angulus B A D, fiat æqualis A D E,
& protracta D E, secabit A B in E, id est centrum, sic
trahetur semicirculus A D C. Si igitur lineam B C in